



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 1. Quid est injuriâ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

## PARS II.

*De Injuriis, & necessaria restitutione  
in genere.*

### CAPUT PRIMUM

*De Injuria, seu injustitia in genere.*

**Q. 1.** *Uid est injuria?*

*Resp.* **Q** Est voluntaria violatio juris alieni. Sicut enim per actum justitiae jus suum alteri tribuitur, ita per actum injustitiae hoc Jus violatur. Porro injuria censetur gravis, quando per se apta est parere tristitiam magnam, seu difficile sedabilem, aut aversionem animi difficilè impedibilem, spectata communi hominum conditione, & communiter parit: nam talis injuria graviter repugnat Justitiae fini, qui est pax, tranquillitas, mutuus amor per conservationem æqualitatis, & iurium.

**Q. 2.** *An volenti potest fieri injuria?*

*Resp. I.* Fit injuria consentienti ex dolo, vi, vel metu injustè incusso: quia talis non cedit mortaliter Jure suo, saltem sufficienter ad tollendam injuriam. Nam cessio Juris tollens injuriam debet esse omnino voluntaria, & ex pers omnis injustæ coactionis, ac deceptionis: injuria enim non potest parere ullum Jus injuriandi, & nemo debet commodum ex sua iniqui-